Cracoviensis Studior. Univ. Jag.
Promotiones Ord. Philos.
1646. 22 martii.
Tomaszowii Hyacinthi: Melos mysticum
ex Hippocrenidum choro deductum—

MELOS MYSTICVM

EX

HIPPOCRENIDVM CHORO

deductum

ET

Duobus de XLIII. Viris

PRO MAGISTERIO IN ARTIBVS, ET DOCTORATV IN PHILOSOPHIA,

Solenni Inclytæ Academiæ Cracouiensis ritu.

PER

Clarissimum ac Magnificum D.

D. LAVRENTIVM SMIESZKOwic Medicinæ Doctorem, Almæ Academiæ Generalem Rectorem, & Procancellarium dignissimum.

LICENTIAM OBTINENTIBVS.

Ab

HYACINTHO TOMASZOWIC, In Collegio Vladislauiano Poëseos Studioso.

PERSONATVM.

ÆRA NATALIS CHRISTI,

Metra DoCent annos reX LVstrIs præstat honores, 1646

Mentes DespeCtas eXere LaVrIgere.

IN STEMMA

A Serenissimis Poloniarum Regibus Acadèmiæ Cracouiensi concessum.



Hæc quis sceptra dedit? Reges. Cur sceptra dederunt?
Ut scirent, quòd idem Pallas, Apollo forent.
Quæ Pallas rogitas? Academia. Quis sit Apollo?
Æternat Magnus Rex: hic Apollo mihi.
Ergo Deum, Diuamq; capit dum Lechia: verùm
Quis dubitat quòd sit Lechia facta polus.

ACROSTICHON

V. D. SAMVELI FORMANCOVIO CRACOVIENSI,

Magnifici Dñi. Rectoris Consiliario, Secundæ Laureæ Candidato, &c.

CAstalides Diuæ Sacros renouate Fauores,
Rumpe modò lõgas pulcher Apollo m Oras
Ad noua Laurigeri cert A mina prendito cho Rdas,
Consona de celso vertice metra Meent.
Ore lyrá cytharà tre Mulos effundite c Antus
Viuax in Cracio limine regnat ho Nor
Iungite Thyrsigeri Versus resonate Camænæ
Et caua nunc lepidos tympana ferte s Onos.
Nunc Orphea chelys r Eboet nunc nablia p Vlsent
Suauisonasque feri pollice Phæbe f Ides
I felix Samuel Lætos iam concipe pla Vsus
Sarmaticique diu limina cerne Soli.

Eidem Epigramma.

REgia Sarmatiam cum Pallade Iuno reuisit:
Binaq; Sarmatico dona tulêre solo,

Aurea Iuno tulit, sed Laurea stemmata Pallas.
Aurea serta polus, Laurea terra dedit.
Cui Diuæ dixi geminum diadema tulistis?
Aurea Virginibus, Laurea serta Viris.
Laurea cur Pallas, cur aurea Iuno tulisti?
Aurea sunt capiti, Laurea serta comis.
Cur etiam Pallas, non hæc quæ Iuno tulisti?
Aurea nam fieri Laurea serta queunt.
Laurea (si demes primam) sunt aurea serta,
Aurea (si pones) Laurea serta leges.
Ergò iam Pallas dixit, Iunoque coronis:
Aurea cinge caput: Laurea cinge comas.
Laurea cinge comas! Cuius? Samuelis. Et aurô
Secula Pegaseis plena ferendo iugis.

HALCEDONIA
Siue
Echo, vel lusus Imaginis iocosæ eidem.

QVÆ resides Virgo superis in vallibus. Echo.
Dic mihi quærenti candida Nais. Ais?
Quod Samuel cõscendit in arte cacumen? Acumẽ.
Dum valet in ludo Pancratio: Ratio.
Cuius, vultus habet pigmenta, coloris? Oloris.
Quæ gena condecorans sit generosa? Rosa.
In qua

In qua parte cubet facundia pectoris? Oris.
Quam labor induxit ſollicitus. Licitus.
Ergo Pierides laudes perſoluite, Vitæ
Dicite nunc verſus Mænalios. Alios.
Tu Samuel ſemper fælix dominare. Minare.
Et bonus & ſapiens ritê voceris. Eris.
Floreſcas niteas, ac omnia proſpera, Spera.
Flos patriæ, ſplendor, delicium: Lycium.
Hæc tibi virgo canens, hæc Nympha volebat: olebat
Laudibus hæc ſemper te decorabit. Abit.

V. D. IOANNI KARPIENSKI,
Viro Nobili eiuſdem Laureæ Candidato.

DVM Tu Laurigeræ prenſas diadema Mineruæ:
Effera fulmineum corripit ira Iouem.
Neſcio quid cauſæ? (ſenſus ſed ad æthera tollo)
Quod ſit nobilium ſanguine ſatus, ait.
Luſtro quiſnam ſit? cui nobilitatis origo.
Atq; Tui generis nobile cerno decus,
Tunc ego: Summe Deûm cur tantas euomis iras?
Cur Tua terrificis æſtuat ira minis.
Exurgens nitidus ſolio tunc inquit Apollo:
A me collatum nobile ſtemma ruit:
Spreuit hic excellẽs generis Stephanoma parentũ:
Spreuit & exortæ nobilitatis opus.

Non contentus erat, quod contulit ipse Gradiuus
A me virtutis ſtemmata clara ſuæ.
Quærit in excelſo Muſarum vertice Lauros,
Et parui video nobile ſtemma facit.
Tunc Pallas tremulo procumbens poplite ſurgit,
Incipit iratum flectere voce Iouem.
Quid Tibi nunc factum celſi regnator olympi?
Dicito clementes num decet ira Deos.
Nobilis iſte licet geſtit decerpere Lauros.
Num iam pro nihilo nobile ſtemma facit?
Immo ſuis à Te conceſsis Laurea geſtit,
Stemmata præraрidis accumulare iugis.
Palladis ad dictum ſubridens dixit Apollo,
Quid Tua virgo iuuant Laurea ſerta viros?
Arma viris præſtant non Laurea ſerta decorem.
Non horti virides; Martia caſtra decent:
Heu cur Pallas ait dudum cunctaris Apollo,
Curq; negas niueis Laurea ſerta comis.
Caſtra quidem præſtant non Laurea ſerta decorem,
Non tamen emeritis ſerta neganda viris.
Palladis euictus votis iam clamat Apollo.
Nobilis hoc Lauri ſtemmate cinge comas.
Quid facitis dixi. Tu non præcingis Apollo:
Præcinxi Laurô nobilitatis ait.
Ergo concluſi quod apud Te clara Mineruæ,
Laurea: ſed Phæbi nobile nomen erit,

LOGO-

LOGOGRYPHVS.

Vni ex duobus dicatus.

Littera quæ ſemper blæſis inimica videtur
Primum præ reliquis obtinet vna locum
Circinus hanc ſequitur, tripodis cõitante cateruâ,
Has ſi coniunctim iunxeris H V C facient.
Cornua poſt aries vibrat : mugire docendo,
Attamen ad tripodem ſe referendo prius.
Vndecimæ demum vult littera quinta præire :
Omnes ſi iunges : nobile Nomen erit.

Alter eidem.

Primitus imperio palmâq; digamma potitur,
Tunc poſt hoc nitidis currit Apollo iugis.
Effera ſic celeris ſubitò ruit ira Podargi,
Vltima latratus littera conſequitur.
Deliquias luſtra ſi vis cognoſcere quintam,
FORMA, tibi primas ſi ſociabis erit.
Tertia quæ liquidis a Luna ſexta liqueſcit,
Luna iubet proprijs ſoluere lora iugis.
Perſequitur Phæbus niueis prædicta quadrigis,
Annua poſt Phæbum tempora quinque fluunt.
Ocius ire iubet tempus bis quina quadrigis
Annua bis denam tempora quinq; iubent.
Contortus tandem ſerpendo ſibilat anguis,
Hæc quid Coniunctim dic Coryphæe ſonent?

Ad Beneuolum Lectorem.

Parua Tibi quæris tulerim cur carmina Lector
(Annos tu teneros argue) paruus eram.

Sub Fælicibus Auspicijs.

Magnifici & Clarissimi Domini M. Laurentij Smieszkowic, Phiæ & Medicinæ Doctoris Almæ Vniuersitatis Crac: Procancellarij longè dignissimi, ac interea Generalis Rectoris.